



kx

+

[e 981]

NATIONAL LIBRARY OF MEDICINE

Bethesda, Maryland

WD |  
f

\$650

Rare

Copy in the

Huntington Library.



# OBSERVATIONES

I N

## Morbos Nautarum :

Prout in CLASSE

Serenissimi Magnæ Britanniæ Regis

OCCURRUNT.

C U M

## Remediorum Specimine.

---

Authore HEN: HUNTLEY, Chirurg.

---

*Multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulla nato post mille secula præcludeatur occasio aliquid adhuc adjiciendi.*

Senec:

---

L O N D I N I :

Impensis Authoris. M.DCC.XXXIII.

ПРЕДАЧА

и

Избиратель

Лист ГРУЗИ

Совета народных комиссаров

ОГОСУДАРСТВЕННОМ

СУДЕ

Решение о специальном

исследовании дела о злодействии

в отношении генерала А. С. Гучкова

и других лиц, подозреваемых в

злодействии в отношении генерала

А. С. Гучкова и других лиц, подозреваемых в

злодействии в отношении генерала

А. С. Гучкова и других лиц, подозреваемых в

злодействии в отношении генерала

А. С. Гучкова и других лиц, подозреваемых в

злодействии в отношении генерала

А. С. Гучкова и других лиц, подозреваемых в

Clarissimo &amp; Amplissimo

*CAROLO WAGER,**Equiti Aurato, Classi Regiae Praesidenti, a Secretioribus Conciliis.**Præclare Vir,*

**S**Iquidem non ita pri-  
dem in classe nost-  
rà Britannicà invictissimâ,  
**C**hirurgi munere functus  
fuerim, ibidemque mor-  
borum Nautarum seriem  
non oscitantér observare  
offerrebatur occasio ; Ob-  
servations

servationesque meas prelo  
 commiserim ; non digniori,  
 non cordatiori, non magis  
 sedulo, non peritiori nulli,  
 cui magis cordi est navigan-  
 tium salus opusculum hoc  
 meum dicare potui, quam  
 excellentiæ vestræ ; idcir-  
 co nomino tuo liceat mu-  
 nusculum hocce inscribere,  
 & offerre quod in bonam  
 partem ut capias orat.

*Excellentiæ Vestræ,*

*Cultor Sincerus,*

HENRICUS HUNTLEY.



# PRÆFATIO.

**C**UM bene perpende-  
rem Morbos quibus  
Nautæ p:æcipue in-  
festantur, ob oculos plane ap-  
parebat, tantam Varietatem in  
Mari, quanta in Terra extare;  
Videat ergo Chirurgus, ut eos  
diligenter distinguat, habita e-  
tiam viætus & aeris ratione,  
A 3                    unde

unde veram Morborum rationem facilius adipiscetur. Sine qua Curatio Methodica institui nequit ; si in hac parte Chirurgus non satis sit edocitus atque exercitatus, Multos gravissimosque committet errores ; ex altera parte, si Nauarchi non operam dent, mutuamque Manum præbeant, omnia frustranea evadunt ; qui ideo maxime sunt culpandi quod in Chirurgorum delectu Educationem literatam, ut rem parvi Momenti respicere videantur. Hinc fit ut Nautæ ægrotantes eorum præcepta pili æstiment ;

æstiment; Adeo enim prava sunt indole, ut pro suo arbitrio se gerant, omnemque Chirurgorum Diligentiam Ar- temque frustrentur, in suam perniciem, Magnumque Prin- cipis & Boni publici detrimen- tum. Mutua ergo inter Nau- archos & Chirurgos Neces- tudo intercedere debet, illique his Manum adjutricem præbe- ant, ut omnia Incommoda, & Casus, quæ salutem Nauta- rum respiciunt, præveniantur, non minorem inde Honorem quam a Victis Hostibus adep- turi. Necesse est igitur, ut

Æger Chirurgo morem gerat,  
 ejusque Consilium in omnibus  
 quæ ad suam salutem spectant,  
 sequatur. Si vero ipse morosus,  
 Cubiculi conditio incommoda,  
 aut victus ratio prava fuerit,  
 Chirurgus raro scopum at-  
 tinget; ut autem ille sym-  
 ptomata quæ morbis & vulne-  
 ribus accidere solent præscire,  
 præcavere, & perite curare  
 possit, non satis est ut nudam  
 solummodo habeat experienti-  
 am, quin itidem Ingenium &  
 doctrinam.

Heu ! quanta jam ignorantia  
 hodie administratur ars Chi-  
 rurgica !

rurgica! Quanta Caligine ob-  
volvitur! Rudis & illiterata  
Pharmacopolarum & Barbiton-  
forum propago Chirurgiæ  
Marinæ peritiam profitentur.  
Ad quod Munus in classe Regia  
obeundum ; Quorum nonnulli  
Vernaculam Linguam, salva  
Orthographia vix calleant exa-  
rare, qui cum sint Materiæ  
Medicæ ignari, herbarumque  
cognitione imperiti, Artisque  
quam subiere inexpertes, mul-  
tas calamitates miseris Nautis  
inferunt, & ipsis Morbis ma-  
jorem edunt stragem. Optan-  
dum est igitur, ut Inquisitio  
debita

debita adhibeatur, peritisque  
Manibus Expertisque Ingeniis  
Res Chirurgica, Mari pariter  
ac Terra, permittatur.



**Dc**



## De Scorbuto.

**S**UM Nautæ plerumque cibis falsis vescantur, & effluvia Aeris circumambientes inspirent ; haud dubio nutritio mali generis fiet, hinc tanta labes & mala diathesis sanguini impressa sunt, ut sanguis quasi sale caustico imbutus sit, ubi succi nutritii acidi, crassi, & tanquam coagulati evadunt ; inde Obstructiones in toto corpore accumulatæ sunt, ut per minutos meatus via negetur ; ex quibus colligere licet, quod Scorbutus inde suboriatur, qui etiam est naturalis

ralis productio morborum quibus  
 Nautæ præcipue laborant ex falsis  
 scilicet & natura calidis; unde suc-  
 cus humidus exsiccatur, quare hu-  
 mores excrementitii secerni non va-  
 lent, & pari passu Spiritus Animales,  
 quasi incarcerated prodire nequeunt;  
 inde segnities subsequitur, ut sine  
 bona ratione victus, & medicina ido-  
 nea processu temporis æger morbo  
 succumbat. Anorexia, dolor lum-  
 borum, ructus acidi, dentes soluti,  
 gingivæ sanguinolentæ & maculæ  
 nigræ in tumores elatae, sparsim in  
 cute diffusæ, ac si distinctæ Gangre-  
 næ essent, cum inflammatione & do-  
 lore, Scorbutum marinum indigitant.  
 Porro est Atrophia, quæ sæpius in  
 hoc affectu contingit, ut nihil præ-  
 ter ossa & pellem in ægris remaneat,  
 præsertim affectu diu perseverante,  
 Quod fit a vitioso Sanguine & a  
 naturali

naturli statu maxime recedente,  
 ita ut partibus alendis assimulari  
 nequeat. Ut curatio instituenda  
 sit, primo prohibentia, & permitten-  
 tia prudenter consideranda sunt ;  
 itaque hanc observa cautelam, ubi vi-  
 res valde sunt attritæ, nunquam pur-  
 gandum, ne vitalis flamma penitus  
 extinguatur. Ergo apprime utile est  
 præscire an vires Pharmaca subire  
 possint ; quapropter præcavendum  
 est, ut ea quæ necessaria sunt, prius  
 exhibenda sint ; scilicet bona ratio  
 victus substituatur, ut spiritus cathar-  
 tica bene ferant, alioquin evacua-  
 tiones majori damno quam emolu-  
 mento erunt ; Viribus itaque restau-  
 ratis ad curationem deveniendum  
 est, æger sumat sequentem bolum  
 hora somni.

Rx Ca-

Rx Calomel. gr. xviii. Conserv. Cy-nosb. q. s. fiat Bolus.

Mane sequenti capiat Catharticum se-quent.

Rx Rad. jalap. pulv. 3ij. Re-fin. scammon, sal. tart. ana gr. vii. Zinzib. pulv. gr. v. Ele&t. Lenit. Q. S. fiat Bo-lus Cathartic. repetatur Bolus ut & Ca-thartic. ad tres vices, postea exhibeatur e-le&t. & deco&t. sequens.

Rx Conf. Cochlear. 3iis. Pulv. e Chel. Cancr. 3ij. Pulv. Ari Comp. 3is. Cort. Winteran pulverif Sal. Prunel. ana 3.i. Anim. Mart. Sal. tartar. ana 3 ii. Extra&t. Gentian. 3ii. Syr. Aurant. q. s. fiat Ele&tuar. capiat quantitat. nu-cist: ter qnotidie superbibendo haustul. deco&t. sequent.

Rx Ling Guaiac. 3ii. cort. ejusdem, 3is. sem, Anis. 3vi. paflul. enucelat. 3ii coqu. in aqu. tontan. f&bviii ad f&bvi. de quo bibat

bibat frequenter, si Morbus inveteratus fuerit, viresque adstiterint, aliquando turpeth. Mineral. gr. vi. exhibui.

Etenim, si bona ratio victus exhiberi non potest, tota Medicina nil præstat, tunc enim Æger Morbo succumbet.



## De Febribus. Quæ ad tres classes reducantur.

**P**RIMA Species putrida qualitate, pulsu celeri, & frequenti gaudens, in rationem permultorum qui ad Mare coercentur, eique nondum assueti sunt, maxime pendet, alteratio aeris & victus, item habitatio insitata male convenient, inde in Morbos

bos prolabuntur, imo Nautæ verissimi ab iis contaminati sunt, hi Terrestres, sic nomino, nil agunt Cubiculo Hospitali incumbunt dormiunt, & edunt, & ab iis primi morbi in navibus oriuntur, & propagantur, Humoribus jam collectis, & Spiritibus perturbatis: ut Natura se extricet, & Morbum eludat, Febris excitatur; ideo, ne Humores in Cerebrum translati sint, venæ sectionem quam primum amplectamur, & etiam Vesicatoria nuchæ, internis brachiis & tibiis applicanda sunt; quod si alvus obstipata sit, Enema injiciatur, & cavendum ut ratio victus sit tenuis in declinatione Febris, nil magis adjuvat, quam Catharticum lene ad duas vices exhibere, & ab initio Vinum, omniaque potulenta calida, omnino interdicenda, nisi vires plane prostratae fuerint Inlanguoribus sumat Cochlearia duo aut

aut tria sequent. Julap. phialâ agitata.

Rx Aq. Menth. Cerasf. nigr. Cinn. Hord.  
*ana* ʒij. Aq. epidem. Theriacal. *ana* ʒvi.  
 Syr. limon. caryoph. *ana* ʒlij. misce, fiat  
 Julap.

Pro Potu ordinario bibat Iargiter  
 ex aqua hord. vel sequent. Emuls.

Rx Sem. quat. frigid maj. *ana* ʒij.  
 Amigd. dulc. Exortic. N° vi contund.  
 in mortario marm. sensim infund. Aq.  
 Hord. ibij colatura edulcoretur cum  
 Sacch. alb.

In declinatione Febris tale Ca-  
 tharticum exhibeatur.

Rx Fol. Senn. ʒij. rad. Rhei ʒſ. ſem. Ca-  
 rui. contus. Ciem. tart. *ana* ʒi. coq. in  
 Aq. font. ad ʒiis. in colatura add. Syr.  
 de Spin. Cerv. ʒſ ad ʒvi.

*Secunda Species.*

Altera Species, & ejus Symptomata perspicue se præbent; pulsus tum obscurus, & debilis, ut vix explorari possit; tanta malignitate cum pulsu tremulo & sopore comitante infirmi Spiritus dissapantur, & vires diruntur, Fomes & origo hujus febris ex inedia & inanitione (humid or radicali absumpto) extat, quare sanguis nutritionem (quæ sale acsi caustico luxuriat) assimulare recusat, item spiritus sicut lampas, sine oleo evanescunt, quod si singultus, hæmorrhagiæ, & maculæ rubræ cuti interspersæ superveniant, texturam sanguinis ejusq; crasis absolute resolutam plane demonstrant; denique, si hæmorrhagiæ in alvum profluant, de ægro actum est: Ut curatio adhibenda sit,

tria

tria præcavenda sunt, scilicet, ne æger nimis calidus, aut frigidus sit, quod in primo loco rarefactionem, & fermentationem sanguinis nimium promoveat, & in altero, ne sudor lenis refrænetur, & miasmata deleteria intus retenta sint: ultimo, ratio habenda virium, an venæ sectio necessaria sit, si non, omittenda est, aliter Spiritus mox recedent; nisi ergo juvenis robustus & plethoricus sit, viresque constiterint, venæ sectionem saltem unicā vice celebrare oportet: alvus quoque lubrica sit, ubi enemata conveniunt, injiciatur sequens quamprimum.

R<sup>c</sup> Aq. Hord. ȝx. in colatu a add.  
Spec. de Hyacinth. ȝj. Sal. Prunel. ȝii.  
Syr. Ros. Solitiv. Drachm. vi. Mitce,  
fiat Enema.

*Pro Potu Ordinario.*

Rx. Decoct. Ros. Rubr. libii. cui instilletur. Spirit. Vitriol. ad grat. Acidijat. de quo bibat frequenter.

Ad Spirit. Reficiend. & Sang. temperand. capiat seq. Julap. & pulveres.

Rx. Aq. Ceraf. nigr. cinnam. Hord. ana 3ij. Aq. menth. paeon. comp. ana 3ss. facch. chryst. ad grat. fapor.

Rx. Coral. rubr. ppt. 3iss. margarit. ppt 3i. spec. de Hyacinth. Sal. Prunel ana 3ij. misce. dividend. in chart. N°. viii. cap. unam quartam quaque hora in cochleari Julap. suprapræscript. superbibend. cochl. ij.

Si Spiritus maxime subsidant, & hæmorrhagia non metuenda sit, ve-  
hæmor-

sicatoria nuchæ internis. brachiis & tibiis applicanda sunt, ne stranguria accidat, in promptu sit Aq. hord. cui addi potest parum Sal. Prunel. ex qua largiter bibat, & etiam capiat pulv. sequent.

Rx. Pulv. e Chel. Cancr. comp. ʒiſſ. rad. serpent: ʒiſſ. misce, fiat pulv. in Chart. N° iv. æqual. dividend. capiat unam sexta quaque horæ in cochlear. Julap. seq. superbibend. cochlear. ij.

Rx. Aq. Menth. Ceras. nigr. ana ʒii. Aq. epidem. Theriac. ana ʒii. sach. cryst. ad grat. dulcedinem.

## *Ultima Species.*

Ultima Species Nautis tam peculiaris est (nemo qui in mari versati sunt) inficias ibit, Scorbuto etiam

B 3 complicato

complicato, ob pauperiem victus,  
 quæ humores crudos, & acres pro-  
 ducit, ut ductus excretorii illos ex-  
 trudere nequeant, inde dolores in  
 corpore ubique diffusi excitantur,  
 quapropter humores ex quovis frigo-  
 re aut mutatione aeris ( scilicet tem-  
 pore verno aut autumno ) fermenta-  
 tionem & mutationem subire so-  
 lent, ex quo febris suboritur, pul-  
 sus ita debilis & oppressus fit, ut vix  
 micare possit ; pro his venæsecchio non  
 respondebit, & aliquando deliria  
 comitantur, quæ ex spiritibus ani-  
 malibus defectu pabuli vacillantibus  
 superveniunt ; cum febris remittit,  
 quia purgationes vires non sinent, fre-  
 quenter lienteria, phthisi, atrophiâ,  
 & scorbuto corripiuntur ; in hac febre  
 requiritur, ut æger jusculis nutria-  
 tur, & lenia sudorifica exhibeantur,  
 quam methodum cum felici suc-  
 cessu secutus sum, igitur Spi-  
 ritus,

ritus, qui antea languidi fuerant, eriguntur, et humores crudi dissolvuntur, qui etiam alios humores secum illiciunt. Ab initio Cochleare i. Tinct. Serpentariæ exhibui, ut sudor promoveretur, illico eos in cubiculo se calide jussi habere; cum sudor inceptus fuerat ut largam quantitatem aquæ cum pauxillo panis tosti indito biberent, ex quo tantus sudor emanavit, si obedientes fuerant, ut febris in duobus, vel tribus diebus penitus disparuerit. Hæc febris verus est typus morborum, qui mox subsecuturi sunt; igitur si bona ratio victus, et simul purgationes exhiberi possint, mirum in modum pristinam valetudinem recuperant. Morbi etiam qui minantur, absolute præveniuntur. Expertum est, ut nautis qui solummodo per annum cibos falsos commederint, facies tam hippocratica

pocratica fiat, ut Spiritibus illorum quasi destructis & dirutis non convalescant, nisi melior ratio victus observetur, morbis variis corripientur, hinc naturâ refocillatâ ac viribus restauratis, obstrunctiones ex se referantur, ergo nutritio recto tramite sanguinem permeare potest, ac simul humores peccantes in furunculos per totum corpus ejecti sunt ; si hanc methodum persequitur Chirurgus, audeo dicere, ubi viginti hanc vitam cum morte commutant, vix unus periret.



De



## De Diarrhæa, vel Fluxu Alvi.

**D**IARRHÆA est illa Species alvi Fluxus, quâ humores excrementitii sine Sanguine, aut alimento & sine exulceratione intestinorum excernuntur, inquit Riverius, qui quidem fluxus in Classe tam familiaris est, ut vix unus erit, quin illo non aliquando laboret, præferuntim in mari Mediteraneo, cum ventus ab oriente efflat. Isto tempore aer tam humidus, & crassus fit &

& humores antequam præparati sunt, fluxui primam ansam præbent, & etiam pori tam laxi & aperti ex vehementi æstu fiunt ; ut ex quovis frigore se occludant, aut potatione cuiusve acris, humores quos e poris secernere solent, subito cursum variant, & in alvum ruant, hinc nautæ torminibus excruciatæ sunt, dum fæces quasi per cloacam ejectæ sunt ; si moderatus sit fluxus, cohiberi non lim, quia humores crudi & acres quasi per crisin eliminantur. Clariss. Willis cuiusmodi fluxus, licet immodicus appareat, si medicamentorum usu sistitur, statim varios morbos superinducit ; ut docuit Galen, quæ cum robore insigni, prædicta sint, pravos illos humores dum copiâ luxuriant, & naturam gravant, per intervalla deponunt, & etiam Celsus de quo alvi fluxu, his verbis mentionem

tionem facit; uno die flure alvum  
sæpe pro Valetudine est, atque etiam  
pluribus, si febris absit, & intra Sep-  
timum diem conquiescat; purgatur.  
enim Corpus, quod intus læsurum  
erat utiliter effunditur; \*Inter Nigros  
multoties expertum habui, juxta  
decretum Hippocratis, quibuscunq;  
tabe laborantibus capilli a Capite de-  
fluunt, his alvi profluvio superveni-  
ente, moriuntur: in Diarrhæa vel  
Fluxu alvi convenit, ut Emeticum  
detur & hora Somn. cap. quantit:  
nucist. elect. infra præscript. vel bo-  
lum sequent. cuilibet addend. op.  
thebaic. gr. iss. ad gr. ii. quaque nocte  
dum convaluerit, si id non efficax sit,  
sumat cathart. sequent.

Rx Rad. Rhei. pulv. 3ſs. rad. Jalap.  
Pulv. 3ſs. Ol. Nuciſt. gutt. i. Elecſt. lenit.  
Q. S. fiat Bolus. Finita Operatione  
Cathartici,

Cathartici, Hora somni sumat Bolum sequent.

Rx Diascord. S. M. ʒiss. Opij thebaic. gr. i ad gr. iss. fiat Bolus.

Rx Elec̄t. Theriac. Andromach. Diaſcord. S. M. ana ʒiv. cor. rubr. ppt. ter. Japon. gum. Arabic. ana ʒij. Bol. ver. pulv. & chel. cancr. S. ana ʒiij. cort. gra-na or. croc. Mart. astring. ana ʒiss. Syr. e cort. granator. Q. S. fiat. Elec̄t.

Pro Potu ordinario C. C. C. decoct. cum capit. papav. alb. N° ij. ex quo bibat fibij. in Diem, Æger quoque vescatur cibis boni succi, panatellis, cum Fartis.

Contra si fluxus immoderatior sit, ut in Dysenteriam transeat, ubi cruentæ dejectiones, & frequentes cum dolore, & torminibus ventris accedunt, necessarium est, ut cohibeatur, ne Spiritus dissipentur aliter gangræna intestinorum superveniret, quæ cum febre

febre juncta est, deinceps æger processu temporis lienterâ, atrophia, & pthyſi correptus erit, & exinde vitam cum morte commutabit. Quod ad curationem spectat, Divinus autem ille ait; non vult promoveri seu irritari vomitum in principio, neque adhuc cum materia multa est, sed per fecessum, id potius fieri laudant. evacuantia tamen per eandam partem majis faciant ad curam, causæ fluxus, & minus diversionem, cum materiam ipsam per proprium locum evacuant, sic fluxus fluxum curat, in hunc modum instituenda est primo injiciatur enema sequens.

R Aq. Hord. ȝx. mel. ros ȝi. gum. atabac. ȝij terib. venet. in facch. rubr. solut. ȝij m. ff. enema.

R aq. Laſt. alex. ȝiſſ. aq. menth. comp. ȝij Liq. Laud. gutt. xvii. fyr. dia- cod.

cod. 3<sup>o</sup>. s. m. capiat hauft. enemate peracto.

Proximo die cap. eadem cathartica, ut in fluxu alvi, vice rad. Jalap. addi potest pulv. diafen. Si post quamlibet dosin hora somn. sumat bolum, aut elect. cum opiat, diebus a purgatione intercalatis, cap. quant. nuc. avellanae Elect. bis quotidie præfertim cum opiat.



*De*



## *De Lienteria.*

CUM Scorbuto Ægrum debilem reddiderit, Lienteria frequenter corripitur, quæ Febre comittatur, & originem ex eadem Causa cum Scorbuto trahit ; Sanguis tam depauperatus, & vapidus fit, ut liquor, quem ex glandulis ventriculi deponere solet, suppeditare recuset, & etiam saliva, cum qua mutuo cooperatur, tam prava qualitate impregnata est, ut Concoctioni inepta redditur, inde tonus Fibrarum Ventriculi ex onere Alimenti relaxatur, & Succus

Succus quoque Biliarius & Pancreaticus suis Officiis fungi non possunt, ea ratione Nutritio tam crassa & prava evadit, ut per capacitates Lacteorum Absorbi, aut in Sanguinem assimulari nequeat ; sic crebris ejectionibus per alvum extruditur, ex quo vitio inquit Walsch. si chylificatio post non rite peragatur, ipse etiam sanguis erroris hujus gravitatem luere solet. Hinc est, quod multi morbi chronicí suas radices in ventriculo habeant, & tandem æger Atrophiâ correptus est ; tunc caveat Chirugus, ne ægrum medicamentis drasticis tractet, quoniam Corpus tam imbecille fit, ut fortiora Medicamenta evitare oporteat : Expertum est ; qualis est Stomachus, talis est Digestio ; & qualis est Digestio, talis est Nutritio ; & qualis est Nutritio, tales sunt Spiritus. Ergo viribus pene contritis, cum cautione curatio

curatio adhibenda est. ratione habita victus, qui ex jusculis, & cibis boni succi fieri debet. Hunc in Modum in curatione procedat.

Rx Rad. Ipecac. gr. xvijj Oxymel. Scilitic. ʒvi. aq. Hyfflop. ʒiſſ. capiat quamprimum superbibend. in Operazione largiter ex Aqua Card. Benedict. Hora somni cap. Paragoric. sequ.

Rx Aq. Menth. Cinn. hord. ana ʒi. aq. Absinth. comp. ʒiij. Laud. liquid. gutr. xvi. facch. cryst. ad grat. Saporem. Postea ad Obſtructiones referandas sumat Cathartic. sequens.

Rx Fol. Senn. ʒiſſ. rad. rhei incif. ʒiſſ. Carui. contus. Crem. Tart. ana ʒii. rad. galang. ʒi. coq. in aq. font. ad ʒiij. in colatura adde Syr. de Spin. cerv. ʒiſſ. aq. cinn. fort. ʒi. cap. man. Purgatione finitā, hora somni sumat Paregoricum.

( 34 )

Ad ventriculum corroborandum  
sumat.quantitat.nucist.elect.sequent.  
superbibend. Hauft. Vini albi cum  
gutt. xii. Elix. vitriol.

Rx Conf. aurant. Theriac. Andro-  
mach. ana 3vi. Zinz. condit. 3ii. rad.  
Zedoar. pulv. spec. Diambr. ana 3iis.  
Syr. Aurant. q. s. fiat Eleet.



De



## *De Pleuritide.*

Q UÆ frequenter evenit, præ-  
tertim Vere & Autumno,  
ideo humores qui isto tempore mu-  
tationem subire solent, & maxime  
cum e regione calida proveniunt,  
aut ingurgitatione Vini Hispanici,  
vel Aquæ Vitæ, unde subito dolo-  
res in lateribus excitantur, & etiam  
cum febre, pulsu forti, tufse arida,  
dolore capitis, præcipue tufse ur-  
gente, & quoque deliriis juncta est.  
Ut curatio adhibenda sit, caven-  
dum

dum est, ut æger Abstineat a quo-vis liquore calido, Vino, cibariis crassioribus, & concoctu difficultibus, quæ nimium inflamationem Sanguinis adaugent, extrahatur sanguis, quamprimum tribus Vicibus debito tempore interposito; si Debilis fuerit venæ sectionem saltem unica vel altera vice celebrare oportet.

Curatio sic instituti potest, laxata alvo, venam in cubito pertudi, & sequentia remedia exhibui.

R<sub>c</sub> Decoct. pectoral. colat. f<sub>bij</sub>. Syr. alth. ȝiss. capiat ȝvi. frequenter in die calide.

R<sub>c</sub> Ol. Lin. Syr. e 5. rad. ana ȝij. capiat Cachlear. du<sup>o</sup>, Phiala bene Agitata, dolore & rufse urgente.

Si hoc non sufficiat, ad Alvum relaxandum, injiciatur Enema sequens.

R<sub>c</sub> Rad.

R Rad. Althææ ʒss. sem. anis. lin.  
cont. ana ʒij. fol. malv. Mercur. ana  
Mifs. coq. in aqu. font. ad ʒxij. in co-  
latura, add. Sacch. rubr. ʒi. sal. prunel.  
Ʒij. misce, fiat Enema.

Si expectoratio non libera fuer-  
it, aut cacochymia adjuncta sit, ap-  
plicentur vesicatoria nuchæ, bra-  
chiis, & internis tibiis. Si quoque  
Febris accedat cum deliriis bibat ex  
Emuls. sem. quatuor frigid. maj. te-  
pide, & capiat pulveres sequent.  
bis vel ter quotidie.

R Antimon. diaphoretic. Oc. cancr.  
ana ʒifs. sperm. ceti, sal. prunel. ana  
Ʒij. Sacch. albifl. ʒi. misce, fiat pulv.  
in chart, N° x. æqual. dividend.

In declinatione morbi capiat Ca-  
thartic. sequens.

R Pil. Stomach. cum gum. Ʒi. re-  
n. Jalap. gr. vi. Elix. propriet. q. s. fi-  
ant

ant Pil. № vi. capiat mane cum regi-  
mine, repetantur pilul. duabus vel tribus  
vicibus, secundo vel tertio quoque Die.



## De Peripneumonia.

**C**UM ventus ab Oriente afflet,  
dolores cum febre sensim per-  
terum corpus præcipue in pectori-  
bus nautarum grassantur, ut respi-  
ratio ob translationem humorum in  
pulmones magnoperè impedita sit,  
quod sine maximo dolore vix spirare  
possint: ergo respectu Virium  
habito, caute prospiciat Chirurgus  
an venæsectio necessaria sit; aliter  
æger lectum teneat, & lenis sudor  
promoveatur, & ingurgitet lar-  
gam quant. Aquæ cum pane tosto,  
quæ methodus ex voto evenit; si  
expectorare non possunt, & Febris  
accenditur, vena tundatur, & pro-  
ximo

ximo mane capiat Cathartic. sequent.

R. Pulv. Diasen. ʒi. crem. tart. Əſt.  
resin. Jalap. gr. v. Elect. lenitiv. q. f. fiat.  
Bol. cathartic. repetatur die interposito.  
Ad expectorationem facilitandam capiat  
cochlear. duo decoct. pectoral.

R. Syr. eſ. radich. Alth. ana. ʒiſſ  
ſyr. acetos. ʒvi. Ole. amygd. ʒi. ſacch.  
alb. ʒij. miſce, fiat Linet. de quo lambat  
frequenter.

Et pro Potu Ordinario bibat ex  
aqua hord. tepid. Si necesse fit pro  
ratione habitus, applicentur ves-  
catoria nuchæ & internis brachijs.



## De Angina.

**C**UM Sanguis ex mala rati-  
one victus, vapidus sit, &  
Habitus Scorbuto repletus, humo-  
res quaquaversum agitati sunt, &  
frequenter

ff. 736 5

frequenter in musculos Laryngis corruunt, præsertim cum ex rgione fervida, in frigidam proveniunt, aut a potatione cujuscunque vini fortis, ex levi frigore æger Anginâ corripitur ; ergo nisi auxilium Chirurgi immediate adfertur, intra paucas horas ex hac vita eripitur, quare sic curatio instituenda est, quamprimum vena tundatur, aut si alvus obstopata fuerit, Enema injicendum, & capiat infra præscript. potionem purgativam, & utend. gargarism. & quoque vesicatoria nuchæ, & internis Brachiis applicandasunt.

R. Fol. Senn. 3ij. rad. Jalap. Scrup. i.  
Sem. Carui contus. 3i. crem. tart. 3ii.  
coq. in aq. fontan. ad 3ijj. in colatura,  
add. syr de Spin. 3ls. misce, fiat  
potio purg.

R. Aq. plantag. sperm ranar. ana 3ijj,  
Mel. Röfar. 3ls spir. vitriol. ad grat. ac-  
cidit. misce, fiat gargarism.

F I N I S.





00216

P7292

Med.Hist.

WZ

260

H94950

1733

